



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VIII. Item alia, sine aliqua minuatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

118 MARCVLF MONACHI
discessum, quicquid intestatum re-
manserit, ad nostros heredes, qui
tunc propinquiores fuerint, reuer-
tatur. Si vero quod futurum esse no-
credimus, aliqui de heredibus no-
stris, vel quicumque contra hanc
interdonationem, vnde inter nos
chartas uno tenore conscriptas fir-
mauimus, venire aut infrangere vo-
luerit, nullatenus valeat vindicare,
sed inferat partibus vestris cum co-
gente fisco, auri lib. tan. argenti tan.
præsens vero epistola, in nullo pos-
sit conuelli, sed firma & inlibata
permaneat.

VIII. ITEM ALIA SINE ALI-
qua minuatione.

Ista alia à capite instar prioris usque
dum aduixeris usufructuario or-
dine debeas possidere, post tuum
quoque discessum ad legitimos no-
stros reuertatur heredes, & nullum

pontificium quicquam exinde alienandi , aut minuendi habere non debeas. Similiter & ego illa; dulcissime iugalis meus ille: commonet me dulcitudo tua, in compensationem rerum tuarum , quas in me visus es contulisse , si mihi in hoc sæculum superstes fueris , omnes res meas quascumque, aut vbiicumque , tam in terris, & *reliqua* sub vſu beneficij debeas possidere, & nullum pontificium quicquam exinde alienandi, aut minuendi , præter vſum tantum non habeas, & post tuum discessum ad legitimos nostros reuertatur heredes.

IX. CHARTA OB NO XI A-
tionis à patre in filiis facta.

DVlcissimis filiis meis illis. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos villas aliquas nuncupatas illas, sitas ibi ge-

H iiiij